

*Milan BEGOVIĆ:*

MALUS CYDONIA

Ante domum antiquam maiorum meorum  
superba malus Cydonia comam suam expandit,  
per ramos eius sol radios diffundit  
et fructus aureus odorem potentem exhalat.

Ex remotis campis balant greges ovium  
et pastores meridiantes cantant  
et gemit clangor tintinnabulorum equinorum.  
Ex casula sua canis acer prudenter speculat

et semiclausis oculis me cernit. At cor meum  
desiderio consumitur, mens lassa vagatur  
memor fulgentium dierum praeteritorum.

At potens odor ille, suavitate plenus,  
in anima mea recordationem suscitatur  
pectus tuum odore isto exhalare.

*Dobriša CESARIĆ:*

ARBOR POMIFERA POST IMBREM

En arbor pomifera post imbrem.  
Stillarum plena eas ipsas movet.  
Et fulget sole collustrata  
Ramorum eius mira luxuries.

Sed si sensim sol obscuratur,  
Omnia mira cerni desinunt.  
Illa est ut primum:  
usitata,  
parva  
pauperque arbor,

*Zagreb.*

*Versio; T. Smerdel.*